



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

7. Dies Septemb. Illud mirare; ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur:  
ibi dare, ubi omnes jacent. Sen. epist. 66.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

ptem  
tergine  
ut quin  
lum, p  
sum p  
mē v  
us pa  
ri, &  
t. Iap  
zihil, p  
us spes  
; quan  
am fida  
us expe  
tuggent  
ium san  
superab  
nit mone  
tuendis  
rduo sum  
non artif  
eljus, mo  
ec summ  
e statua  
nt. Con  
us sit e  
Den  
uel mo

Septemb.

Tessera.

707

7. DIES SEPTEMB.

Illud mirare; ibi extollit aliquem, ubi omnes deprimitur; ibi dare, ubi omnes jacent. Sen. epist. 66.

Æquani- I.  
mitas.

**A**Quanimitas<sup>1</sup>, ita Magnanimitati similitudine est juncta; ut cum ea, vel ex ea nata videri possit. Æquanimis dicitur, qui est æqui animi: qui, nec prosperis attollitur, nec adversis deprimitur; qui, inter fortunæ casus dissimillimos, sui semper est similis; qui, inter æruinas, ubi omnes jacent, stat, sibiique constat; illic se erigit, ubi alii ruunt; sibiique ducit solatio, æquo animo perdere, quæ erant peritura; qui asperis, blandisque pariter invictus; neutri se fortunæ irascenti, blandienti submittit; super omnia, quæ contingunt in haec tumultuosa fortunæ area, eminentis: inter turbida, imperturbatus; inter terribilia, imperterritus: quem, nulla vis frangit; qui, omnina diversarum rerum onera, rigidâ cervice sustollit; qui, sub quolibet pondere stat erectus; quem nulla res minorem facit: cui nihil eorum, quæ fenda sunt, displiceret: qui, quidquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur: qui mortem, & vitam eodem viultus colore aspicit: nec illam nimium reformidant, nec hanc exoptant: contra quem non plus possunt tempora nubila: quam adversus solem, nebulæ. Enim in homine Æquanimi effigiem Æquanimitatis. Hæc Æquanimitas super omnia fortuita sece offerens, est velut anchora in his fluctibus, ac procellis, quibus res humanæ agitantur.

Yy 2

II. O

II. O mortales immortales ! tanta est animi tui  
dignitas ! tam altus humanae mentis qui  
montis apex , ut ext<sup>a</sup> omnem hostilis fortunam  
etum emineat. Quaeunque extrinsecus militantur  
areem obsident , hoc est , corpus , famam , opes ,  
posita in iuriis bona eripiunt : nisi se animus dedat,  
inexpugnabilis est. Achillem toto corpore invul-  
nabilem , praeter exiguum pedis partem , & in eas la-  
cium à Paride , ajunt occubuisse. Affectus pedem ,  
animis exponat , impenetrabilis est. Calcaneo Ach-  
runtius anguis insidiatur. Circè animum an-  
thorace , aut adamantino scuto munitum repulsa  
irrita tella decidunt. Palmatā veste insignis , fortun-  
rum triumphator insignitur: & inter mortales , quid-  
quid mortale est sub se ponens , infra se tonantem  
fortunam despicit. Hac vera hominis nobilitas ,  
qua lunulatos calceos gerit , hoc est , quidquid est  
sublunare , conculeat. Planè maximum à Deo mu-  
nus homini concessum , ac Deo ipsi proximum , nul-  
lā re concuti. Homo æquanimis tam sibi fidens est ,  
ut non modò bonis non pelliciatur , malis non per-  
cellatur : sed etiam è maliis bona demetat , mala cogat  
in bonum cedere. Talis erat Socrates , verè Æqui-  
nitatis animata effigies , de quo Xantippe uxori  
ejus dicebat ; cum infinitæ mutationes , & Repub-  
licam , & ipsos occupassent , in omnibus similem se  
vidisse Socratis vultum , & exeuinitis domo , & do-  
mum redeuntis.

III. Exploratā igitur , animi tui , quā excellit præ-  
cellentiā , perspecto ejus , quo pollet imperio , quod  
tibi à supremo Imperatore concessum est in reso-  
mnes , ab eo infra lunam conditas : etiam eas , qua

mala

Septemb.

Tessera.

709

malæ malè videntur : appetitum sese ad infima pro-  
jicientem heroicè sic moderabere : ut non modò iis ,  
quæ abblandiuntur , non abripiatur : sed etiam iis ,  
quæ minantur , tanquam inanibus spectris non ab-  
sterreatur. Obvium te malis opponito : eò securior ,  
quò tutior , ac certior , excelsum animum , nulla re ,  
nisi à seipso lèdi posse. Sic fiet , ut animi tui sere-  
nitas , nec secundis , nec adversis interturbetur. Ma-  
gnanimitatem è tui cognitione depromito : & per  
publicam viam , ex Pythagorico præcepto , ne ito. Ad-  
mirantur cæteri hominum honores , dignitates , im-  
peria ? Tu ea , tanquam animi tui celsitudine longè  
inferiora contemnit. Inhiant alii ingentes auri acer-  
vos ? Tu oculo intorto ne spectato quidem. Fu-  
giunt alii velis , remisque pauperiem ? Tu nihil ani-  
mo timens , ultrò eam amplexato. Sævam minitan-  
tis fortunæ tyrannidem horrent ? Tu , quæcunque  
terricolamenta ingesserit , interitus excipito , inspici-  
to ; bona sunt , mali specie personata. Hic mundus ,  
est quasi umbra arboris : sub qua in transitu meridio-  
nantur viatores , post tantisper refectas vires , absces-  
suri. Sicut igitur , improvidè quis sub patulæ fagi te-  
gmine habere domicilium deligat : ita stultè optet  
fortunæ bona , conditione suâ fugacia , æternam sta-  
bilitatem alicui habere. Memineris ergò illius :

*Tecum nihil feres: licet omnia solus haberet.*

## 18. DIES SEPTEMB.

Patientes propriè dicuntur ; qui malunt mala , non  
committendo , ferre ; quam , non ferendo com-  
mittere. *S. August. lib. de patient. cap. 5.*

Yy 3

I. Pa-